

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis
Farrago**

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Clarissimo & optimo uiro, Martino Luthero, doctori theologiae, instauratori
Euang. doctrine, &c. patri suo reuerendo in Christo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

ni consilere nos oportet. Sed tamen diligentia mihi
ad rem perficiendam non decrit. Utinam possem uo-
bis, et alijs pijs doctoribus Ecclesiarum saepe gra-
tificari. Incendere quidem odia aut discordias non
uolo. Oro autem toto pectore, ut Dominus noster
Iesus Christus, filius Dei (qui aditurus morte pre-
catur, ut doctores Ecclesiae utrum sint, sicut ipse et
pater unum est) flectat mentes omium docentium
Euangelium, ad concordiam salutarem Ecclesie.
Bene ualete. Idibus Martijs, Anno 1545.

Philippus Melanchthon.

Clarissimo & optimo uiro, Martino Lu-
thero, doctori Theologiae, instauratori
Euang. doctrine, &c, patri suo reue-
rendo in Christo,

S. D. Hac hora reddidit literas Franciscus pa-
dagogus iuorum filiorum, die tertio Martijs. De ini-
tio conuentus scripti ad uos ante paucos dies: po-
stea aduenit orator Cæsareus, et mandatum attu-
lit liberius omni spe et expectatione: ut pacificato-
res suo iudicio non solam inducias, sed etiam pacem
faciant. Id mandatum nostris publice recitatum est:
iusseruntq; Electores duo, Palatinus & Marchio,
formam pacis componi, ut scirent quid in Nuren-
berge si pacificatione prætermisso sit. Nostru[m]
formulam iam exhibuerunt, in qua petunt securitatem
concedi

concedi non modo foederatis, sed etiam cæteris or
 dinibus, qui amplectuntur Euangelij doctrinâ: pe-
 tunt & prohiberi iudicij N. tyrannidem. Nunc de-
 liberant pacificatores, ac uoluntatem C.O. aiunt
 nequaquam congruere cum liberalitate mandati,
 ἵδη τὸν διορθωτὴν λαον τὸν βουοσολούσιν.
 id est, dicens bona, mala animo molitur, ut in-
 quid Homerus. Idq; unum putatur esse aulica sa-
 pientia. Hæc sunt acta usq; ad diem tertium Mar-
 tij. Nostri, eis sedulò petant pacem, & quandam
 habeant spem posse rem ad oculum deduci: tamen
 uidentur animis parati ad omnes casus. Tu orabis
 propter miseram iuuētutem, ut Christus pacem no-
 bis concedat & efficiat. Si non misericordia puero-
 rum mouerer, quibus disciplina & institutio opus
 est, que bella impediunt, non metuerem arma. Tan-
 ta est aduersarijs impietas, tantus furor, adde etiā
 tanta cōsternatio, ut nihil dubitem fatali aliquo tu-
 mulu perituros. Episcopus N. consuluit N. nō pro-
 cul ab urbe Vangionū de bello mouendo: is ei opte-
 ma promisit, ut ferunt. Talibus diabolicis ludibrijs
 se consolatur, & tamen in summo metu est: nec in
 metu tantum, sed etiam in odio: omnes summi atq;
 infimi eius artificijs conflata esse hæc pericula iudi-
 cant. Oremus igitur, ut Deus seruet nostros, & si
 bi Ecclesiam sanctificet inter nos, & liberet nos à
 satellitio Doeg. Nondum mihi conuentus suppeli-
 tab

tat longius argumentū: quare has literas boni consules. Salutem tibi precantur, doctor Pontanus, & Franciscus Cancellarius principis. Deus ac pater Domini nostri Iesu Christi, seruet te & familiam tuam. Meos tibi commendō. Francofordia, die tertio Martij. Dicas salutem honestissimae coniugi tue meis uerbis.

Philippus Melanchthon.

Venerabili uiro, D. Georgio praeposito Ecclesiæ Vrfinæ, amico suo,

S. D. Dedi ipse domino Pontano uestras literas de affine: ac orauī sedulō, ut causam Principi Saxonie cōmendet. Studiū & diligentia suam nobis promisit, ius sit q̄d doctorem Lutherum hodie principem ea de re coram alloqui. Dicebatur enim hodie huic uenturus. Scito mibi negocium tuum cur & futurum esse, nam & causa pia est: & ubi possum Euangelij ministris gratum facere, summa id uoluptate facio. Ex Italia mihi certò scribitur, Carolum Imperatorem prohibuisse Episcopis Hispanicis, ne in creatione tredecim Cardinalium, que nuper facta est, ipsi Cardinaliciā dignitatē sibi conferri paterentur. Laudo grauitatem Imperatoris, qui non uult Episcopis iniici uincula, quibus libertas in cōsilijs publicis impeditur. Et hi regij tituli non